

Canon grece: heptem
 t. sctm d. inde: eorū q̄
 uocant quā. m. t. h. m.
 nescit. inde et nos p̄de qua
 tione et u. dicimus.

quibus numeris totidem æque æonas uel secula æ mundos eē confirmant.
 Alio quoque nonnulla secundum suas uel rationes uel persuasiones numeri
 huius referunt sacramentum; Verum secundum ebreos manifestū
 est quia in sex diebus dī materiā mundi substituit & formauit ac per
 species singulari quasq; discreuit. & hunc quem nos uidemus explicuit
 mundū; Septimo uero die requiesisse dicitur ab operibus suis. sicut
 indicat etiam ipsa sabbati appellatio. qua requiem ebreo sermone sig
 nificat; Si uero & aliam aliquā altiore & excelsoiorem hæc conti
 nent rationem. alius de talibus filosofandum relinquo; Hic uero honor
 septimanae. apud illos non in diebus solum obseruatur. sed etiam in annis;
 Nam q̄ sex diebus obseruatur. istud est sabbatum quod frequenter & in
 definitur apud eos custoditur; Annorum uero septimana annum
 facit remissionis. & non solum septimanae. uerum etiam septimane
 septimanarum obseruantur. non solum in diebus sed etiam in annis.
 & dierum quidem septimane generant quinquagesimum diemque
 apud illos uocata sc̄a dies dicitur; Annorum uero septimanae quinqu
 gesimum annum faciunt. qui apud illos iubeatur nominatur. in quo si
 militer terra est remissio. & seruatorum libertas. & possessionum re
 stitutio. que praesio fuerant conparatae; Offeruntur enim apud
 illos non solum fructuum uel nascentium. sed & dierum annorumq;
 primitiae; Hic ergo septenarius numerus ea obseruatione quae supe
 rius diximus. diem pentecostes id est sollempnitatem introducti quin
 quagesimae; septem & enim septies multiplicata. quinquaginta ex
 regenerant numerum. adsumpta una die. quam ex futuri saeculi
 numero praesumptam esse. maiorum auctoritas tradit; Fit enim
 ipsa & octaua semper & prima. immo ipsa est semper unaque est om
 nibus dies necesse est enim sabbatum animarū populū illuc occur
 rere. adque ibi compleri ubi datur pars. his qui septem. & pars his qui
 octo. sicut iam & antenos quidam differens. salomonis dicta sapi
 enter exposuit; De honore ergo septenarii numeri multa quidem